

<i>Data di luogo</i>	Polignano.
<i>Rogatario</i>	Giovanni, notaio.
<i>Descrizione</i>	Gotica, 15 × 25.
<i>Contenuto</i>	Giovanni e Chiuramaria, fratelli e figli di Mangisio dichiarano di avere in comune con Bisanzio Mele Longi ed Antonio, figli del giudice Giovanni, una chiusura, dalla quale la chiesa di S. Benedetto di Polignano aveva sempre ricevuto la decima del vino. Il vescovo Bartolomeo di Polignano, perché la chiusura non produceva, cominciò a seminarla. Costoro si opposero, poiché desistettero e cedettero bonariamente mezza vigna.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

Anno divine Incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo primo Imperii vero domini nostri Federici dei gratia secundo Romanorum Imperatore semper Augusto anno tricesimo primo Regni vero Ierusalem anno vicesimo sexto et Sicilie anno quinquagesimo quarto Mensis Augusti sextodecimo die eiusdem Indictione nona. Nos Iohannes et Churamaria frater et soror filii Mangisis de civitate Poleniani pariter declaramus quod antecessores nostri et nos habuimus clusuram vinearum communis cum Bisanzio Melis longi et Antonio filio iudicis Iohannis de eadem civitate Poliniani et cum antecessorum eorum in loco sancti Eustasii . . . . isti sunt fines ab oriente et septentrione sunt terras que fuerunt Petri scarcelli, a meridie sunt terre similiter que fuerunt Petri scarcelli et per easdem fines sunt terre in quibus fuerint vineas Maionis filii Grasdegarii ab occidente est clusus qui fuit presbiteri . . . . pro Andreas longa et per eandem sunt fines terre que fuerint dicti Maionis filii Grasdegarii de quo cluso ecclesiam sancti de Poliniani receperit super decimam vini et pomorum qua terra erat ipsius ecclesie in qua predictas vineas fuerint pastinate dominus Bartholomeus venerabilis episcopus Poliniani pro eo quia idem clusum desertum erat seminatum cepit ipsum clusum pro parte dicte ecclesie sancti Benedicti et illud ad dominium tribuit . . . . nos quod idem dominus episcopus censeatur iusticiam facere volebamus ipsum clusum defendere et in nostro dominio detinere . . . . tandem agnoscentes quod nos . . . . per quam terra deserta fuerat redditus debebat ad dominium et protestate dicte ecclesie sancti Benedicti de nostro proposito recedamus amisimus partem nostram quam in ipso cluso habebamus videlicet dimidiam vineam que in capite de pariete que est ex parte septembris et ascendit usque ad pirum? orararbidinum et ad calapricem magnam qui sunt in ipso cluso et de latitudine quantum . . . . vineas capitur est ab oriente meridie et occidente terra que est in eodem cluso dicte ecclesie in qua vineas fuerint et confinatur. Unde voluntarie in presentia Sabini filii Maioris Imperialis Iudicis dictis Iohannis Tafuris Maionis naucleriis Silvestri Iohannis de dopna Iohannis de Basilio omnium eiusdem tres testius subscriptorum ad hoc specialiter

vocatorum et rogatorum vadim eidem domino episcopo dedimus recipiente dicta ecclie sancti Benedicti Petro sibi pro advocate astante mecum qui supra Churamaria eodem Iohanne fratre meo et mundualdo stante eciam mecum Leone de Mea avo meo 30 Nicolao et Petro priopinquieribus parentis meis nobis ipsis fideiussoribus positis . . . . ut ullo umquam tempore molestamus dictam ecclesiam sancti Benedicti de predicta parte nostra set ipsa tenere et possidere semper et quiete pacifice dominamus. Quod nisi fecimus obligamus nos et nostros heredes tam penes eidem domino episcopo vel rectoribus ipsius ecclesie pro pena augustales aureos octo accidens in publico . . . . omnia compleamus predicta astantis nobis ipsis obligatis fideiussoribus nostris heredibus quia eodem 35 domino episcopo vel rectoribus ipsius ecclesie sancti Benedicti unde dedimus pignorare nos successores nostros per omnes res nostras licitas et illicitas sine kalupnia et appellatione donec predicta omnia compleamus, quod taliter scripsit Iohannes puplicus Poliniani notarius qui interfuit.

40 † Signum crucis proprie manus mee Silvestro de Maio Imperialis Poliniani qui supra Iudice.

† Iohannes Tafurus Benedicti filius.

† Ego Maio navalerius.

† Signum crucis proprie manus mei Silvestri de dopna qui super.

45 † Ego Iohannes filius Basillii testis sum.